dem *menſura* donorum, eademve *ætas*, facto omnes imitaturi erant.

49. Multo minùs demonſtrari poteſt quòd in æquali gratiâ, aliis non credentibus, *alios præ cæteris ſuâ voluntatis liberâ electione credituros* præviderit.

50. Sed illud magis cogitandum relinquitur; quamvis ponas redditam libertatem:

51. quòd tamen *omnes* rurſus *declinaverint; pariter fœtuerint, ſeu inutiles facti ſint; non ſit qui faciat bonum: non ſit usq; ad unum.*

52. Quanquam enim *comminationes*, puram & *abſolutam* indurandi, perdendi, *voluntatem* ſignificare non poſſunt;

53. ſed *culpam* & contumaciam contemnentium bonitatem Dei ad pœnitentiam ducentem, ex *ratione loquendi œconomicâ* præſupponunt:

54. quanquam etiam *promiſſiones*, dandi cor & ſpiritum novum; inſcribendi